Sit omnibus manifestum. Quod Ego Petrus de vallo scriptor officii thesaurarie Illustrissimi domini Regis habens de hijs et alijs plenum posse cum pu
blico Instrumento facto auctoritate Ffrancisci de podio notarii Infrascripti vicesima tercia die mensis Nouembris anno a Natiuitate domini Millesimo. Trecentesimo
Quinquagesimo. Octauo ab honorabili et discreto bernardo de vlzinellis milite legumque doctore dicti domini Regis consiliario et thesaurario procu
ratoreque ad hec et alia constituto ab eodem domino Rege cum Instrumento publico sigillo ipsius domini Regis pendenti In guada vera re
gali de Cera sigillato dato et acto In domo Jacobi cauallerij ciuis barchinone prope Ciuitatem barchinone constituta vicesima nona die Octobris
anno predicto clausoque per discretum Matheum adriani prothonotarium sigilla tenentem dicti domini Regis et auctoritate Regia notarium publicum per totam terram et dominacio
nem eiusdem. Nomine quo supra confiteor et recognosco vobis Juratis et probis hominibus vniuersitatis ville Granullariorum quod soluistis michi nomine
predicto ad meam voluntatem Mille Quadringentos Sexaginta quinque solidos et Octo denarios barchinonenses pro solucione mensium Marcij et Aprilis anni
presentis quam dicto domino Regi facere tenebamini de proferta quam nouiter fecistis eidem domino Regi In auxilium Guerre Castelle. Soluistis eciam
siue anticipastis michi eodem nomine ad meam voluntatem. Duos Mille Centum Nonaginta Octo solidos et sex denarios dicte monete pro solucionibus
trium mensium scilicet Octobris Nouembris et Decembris proxime sequencium quos dicto domino Regi facere tenebamini de dicta proferta. predictas autem
pecunie quantitates que sunt In summa Tres Mille Sexcentos Sexaginta quatuor solidos et duos denarios soluistis michi hoc modo quod bnar
de [illegible] Jurati et sindici dicte vniuersitatis fecit eos pro uobis michi dari et scribi In tabula cambij Jacobi de vilario campsoris bar
chinone. Et ideo Renunciando excepcioni non numerate et non solute pecunie et doli. Ffacio nomine predicto uobis et dicte vniuersitati de predictis
tribus Mille Sexcentis Sexaginta quatuor solidis et duobus denarijs per uos michi vt predicitur exsolutis bonum et perpetuum finem et pactum de non
petendo vallatum stipulacione sollempni. Actum est hoc barchinone. Nonadecima die mensis Marcij anno a Natiuitate domini Millesimo. Trecentesimo.
Quinquagesimo Nono. Sig+num Petri de vallo predicti qui hec laudo et firmo :~

Testes huius rei sunt. Petrus vinoterij de domo dicti domini Regis et Andreas figa scriptor barchinone :~

Sig+num Ffrancisci de podio auctoritate Regia notarii publici barchinone. Qui hec scribi fecit et clausit :~

Pere Valló, escrivà de la tresoreria reial, reconeix haver rebut dels jurats de la vila de [...], 19/3/1359, p. 1
Col·lecció de pergamins / Arxiu Municipal de Granollers

Apoca de tres mil sis cents saxanta quatra sous y sis diners que la proferta feta al Rey per adiutori de la guerra de castella

Nº iiij

3385 28

Arm processu

Pere Valló, escrivà de la tresoreria reial, reconeix haver rebut dels jurats de la vila de [...], 19/3/1359, p. 2
Col·lecció de pergamins / Arxiu Municipal de Granollers